



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

B. Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus, n. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

eandem imaginem non raro accedebat, coronam beatæ Virginis quotidie mira cum animi pietate recitabat; eaque de causa magnis à Peibartus in Stellario lib. 2. part. 2. art. 3. agens de corona Virginis testatur his verbis, *Cum ista corona in usum plurimorum venisset S. Bernardinus de Senis Ord. Min. de Obseru. quotidie eam ob orationem Virginis perorabat: cuius die quadam orans ipsam coronam, apparuit beata Virgo dicens: O mi deuote famule multum mihi complacui in tua deuotione, ecce quia me hac corona quotidie honorasti, impetravi à filio meo sibi gratiam miracula faciendi, & predicandi: Et tandem scias te in celo mecum sine fine lataturum,*

Peibartus.

S. Bernardinus Senensis coronam recitantis Deipara apparet.

Plurima in eandem munera confert.

per meorum gaudiorum, & sic ab illo tempore cepit Sanctus miraculis conuascare, & magis gratis abundare. ita Peibartus. Idem quoque Peibartus ait. 2. dixerat relictum fuisse à sanctis Fratribus socijs S. Bernardini Senensis ipsam dum viueret dicere solitum, Omnem gratiam, quam haberes, vel habuisset, se acquisisse, & obtinuisse per deuotam recordationem gaudiorum beatæ Virginis, in quorum memoriam quotidie Coronam recitabat. hæc sanctus Bernardinus ex Peibartus, qui ex temporum supputatione potuit optime hæc accepisse à socijs sancti Bernardini, qui obiit anno 1441. Quare mirum non est, si de eadem Virgine deuotissime libenter, & seruenter conciones ad populum habebat, quod non solum vitæ eius auctor, qui eum concionantem audiuit, testatur apud Sanum tomo 3. verum etiam plurimæ eius conciones, quæ impressæ videntur, eaque sæpè in hoc opere citauimus, & sæpè declarant in quibus solidis rationationibus, & ad rigorem theologicum eluctatis ita pie, doctè, ac subtiliter de Virginis præstantia loquitur, ut in illis neque pietas, neque eruditio vlla ex parte desideretur.

Surius.

B. LAURENTIVS IVSTINIANVS
Patriarcha Venetus.

18 S. Laurentius Iustinianus.

B. Laurentius Iustinianus sermo. de Natiuitate Virg. Deum, inquit, veneremur in Matre, & Matrem honoremus in filio, quatenus filium Genetricis interpellante pro nobis, vincamus mundum, diabolum superemus, remtamur tentationibus, consequamur gratiam, adipiscamur coronam, atque in Regnum introeamus æternum. hæc ille.

Dionysius Carthusianus doctrina iuxta, ac pietate insignis quatuor libros de laudibus Virginis edidit, & in lib. 1. art. 3. ad Virginis deuotionem omnes hortatur his verbis: *Totus, inquit, viribus laudemus, ac veneremur, diligamus, ac vereamur præstantissimam Dei matrem; cum hæc ipsum egerimus, recognoscimus nos nihil egisse condignum, nec beneficis eius posse idoneam rependere vicem. hæc Dionysius, qui tum in Commentarijs in Cantica Cantorum: quorum singula capita peculiaribus enarrationibus, quas articulos vocat, de Christo, ac Deipara, quam singularem sponsam singulariter vniceam, atque ineffabilem prædilectam sponsam cœlestis appellat, pie, ac doctè interpretatur, tum etiam in alijs compluribus suæ doctrinæ, quæ elaborauit monumentis, ubi que præclarè, qua in Deiparam flagrabat, pietatis vestigia reliquit, eius enim digni, atque præstantiam aptissimis diuinorum oraculorum testimonijs, si milq; rationibus mirifice extollit ac prædicat, omneque ad eiusdem studium, & amorem excitat, atque inflammat.*

B. IGNATIVS LOYOLA SOCIETATIS
Iesu fundator, eiusdemq; Societatis
in Deiparam pietas.

Sed iam ad recentiorum, qui insigni erga Virginem pietate nostra ætate claruerunt, exempla transeamus; quæ ut non solum certissimis sunt explorata documentis, sed nostro etiam maxime seculo perspecta, ita alios ad hanc pietatem propius poterunt inflammare. Et quoniam nostra etiam Societas Iesu domestica exempla suppeditat eorum, qui addicti in primis sanctissimæ Virgini fuerunt, ea tacita præterenti vniuersa non patiar, sed omisi alijs in hac pietate præclaris quinque tantum recensebo, beatum miseram Ignatium Loyolam nostræ Societatis parentem, B. Franciscum Xauerium, B. Confalium Sylbeiram martyrem, B. Stanislaum Kostka, & B. Aloysium Gonsagan. De quibus hoc eodem ordine nonnulla, quibus eorum erga Virginem studium declarauit, aliquanto fortasse uberius narrare consilium est.